Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



homo est risibilis ita se habet risibile ad homines qp de quocunq; dicitur risibile de eodem dicitur et homo et consequens. Inde dicendo species est risibilis licet modo risibile p se predicetur de specie in ho. dicendo p se tn non predicat primo quia risibile de pluribus predicatur et de specie primo tn hoc quod dictum est predicari primo vocat — universale non tn universale de quo in primo tractatu dictum est. Et quia predicatum de subiecto et subiectum de predicato potest universali predicari. Ex hiis ergo patet quo non se habent esse tria sicut dicta de omni et p se et universale. Nam omne quod primo seu universali predicatur predicatur p se non tn consequens. Rationale enim primo predicatur de homine et p se. Risibile autem licet predicetur p se de specie non tn predicatur primo. Unde etiam quod p se predicatur dicitur de omni non tn omne quod dicitur de omni dicitur p se. Nam dicendo omne animal rationale homo est predicatur de omni non tn p se.

De diffinitione partium demonstrationis

Ubi vero videamus patet diffinitio demonstrationis si sint ibi bene posite. Dicitur enim ibi ex de necessario procedit ex veris primis. Quod autem sit verum dictum est supra. Ad hoc autem ex conclusio sit vera ex premissis sic ex causis oportet premissas esse veras licet enim ex falsis possit concludi verum non tn veritas conclusionis est ex premissis. Dicitur enim omne homo est lapis omne magnetum est homo. Ergo omne lapis omne magnetum est lapis conclusio vera modo licet premisse sint false. Et ex omne causa assimilat sibi effectum. Falsitas dictorum premissorum non potest esse causa veritatis conclusionis